



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Prima Conclusio. Non est à ratione alienum, quod quandoq[ue] huiusmodi res non sint naturales, sed generentur ex mala humorum dispositione, ad modum rerum naturalium, & conseruata resoluantur in ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

q. 28. art. 2. & alij alibi. Quare cùm Diaboli potestatem excedat miracula facere, concedendum non est, quod eius operatione fiat penetratio corporum. His præmissis, sit

Prima Conclusio. Non est à ratione alienum, quod quandoq̄, huiusmodi res non sint naturales, sed generentur ex mala humorum dispositione, ad modum rerum naturalium, & conservata resoluantur in materiam liquidam, ut Grillandus cum prima opinione sentit.

Secunda Conclusio. Aliquando etiam ex causis naturalibus in homine nascuntur dura, quæ torsiones, dolores, & acutas infirmitates generant.

PATET de calculo & alijs rebus. Ad quod propositum probandum, multa ex medicis adferuntur à Ioanne VViero lib. d. cap. 16. Quare non est boni Christiani, omnes acutas internas, & longas infirmitates referre ad maleficia.

Tertia Conclusio. Secunda opinio à Grillando recitata etiam aliquando vera esse possit.

QVIA Diabolus tantæ est subtilitatis & potentia, quod possit illudere sensibus
astutia